

P R D



1 6 1 8



Valentinus Andreas Molitor,
Grad. Hal. Sax. M.
April 1670.

Xn 6 B

I.

II

III

IV

V

VI

VII

Medica sed brevis VII.

IN CAUSAS, SIGNA
AMOTIONEMQUE NE-
PHRITIDOS
ΕΕΤΑΣΙΣ.

Quam

Favente

DIVINO NUMINE,

Consensu & Auctoritate

Incluti Ordinis Asclepiadei in Illustri

SALANA

SUB PRÆSIDIO

Viri Nobilissimi atq; Excellentissimi

Dn. JOHANNIS FRIDERICI

SCHRÖTERI, J. V. ut & Medicæ Artis Do-
ctoris legitimè promoti,

Pro consequendâ summâ Artis Apollineæ infulâ
Publicè propositam

Ad diem 7. Januarij horis locoq; consuetis

Pro virili tuebitur

JOHANNES JACOBUS LONERUS

Cizensis Misnicus.



JENÆ Typis HENRICI Rauchmaulæ/

ANNO 1615.

Viro Magnifico atq; Amplissimo,

DN. JOHANNI TIMÆO, J. U. D. Clarissimo:
Electoralis Judicii Appellationum, quod Dresdæ est, Af-
fessori Spectatissimo, ac Præsulatus Numburgensis & Cizensis
Cancellario ut meritissimo ita gravissimo.

Juxta &

*Prudentiâ, Autoritate atq; consilio præstan-
tissimo Viro,*

DN. ABRAHAMO GEIERBERGK, Inclutæ, quæ
est apud Leucopetræos, Reipub. Judici Spectatissi-
mo, dignissimo.

*Dominis Meccænatibus, Patronis ac Fautoribus suis
æternùm colendis.*

NEC NON

Præstanti, Prudentiq; Viro,

DN. CASPARO PANTCERO, Pharmacopæo
Regiomonte Borufforum aulico fidelissimo, ma-
trueli suo medullitus amando,

ἱκέτως hanc

In

Observantia πεκμήλου.

Gratitudinis μνημόσων.

Amoris σύμβολον

D. D. D.

Johannes Jacobus Lonerus R.

Thesis I.



Um πᾶσαι αἱ ἰσχυρίαι δι' ὀσμῆς γίνονται,
teste *Aristot. 2. Post. c. 17. lib. 6. Top. c. 1.*
Iccircò & nos, præsentem instituentes
ἐξέτασιν, à Νεφρίτιδι definitione ini-
tium desumendum pro dato & rato ha-
bemus.

II.

Est autem definitio vel ὀνομασίωδης vel ἑσιώδης.

III.

Secundum illam dicitur νεφρῶν λιθίασις, ὅτι τῆς λίθου τε καὶ
τῶν νεφρῶν.

IV.

Et si enim λιθίασις tam renum quam vesicæ affectio sit,
& non nisi κατὰ πρόθεσιν unius aut alterius partis affectæ
distinguitur: Νεφρίτις insuper vocetur πᾶν πρὸς τῶν νεφρῶν
πάθος, sive ὁμοιομερὲς, sive ὀργανικόν, sive ἰσχυρικόν illud sit;
tamen κνελίως calculosam denotat renum affectionem.

V.

Secundum hanc definiri potest, quod sit affectio re-
num, in quibus ab eorundem calore, ex humore crasso,
lento & viscoso torrefacto, lapides generantur, dolorem
circa renum & adjacentium particularum locum inferen-
tes, conjunctâ nonnunquam mejendi difficultate, vo-

A

mendi

mendi item appetitu, & inde ructu oscitationibusq; frequentioribus; nec non stupore femoris subjecti; præsertim arenosâ, non raro etiam cruentâ urinâ, ipsaq; lateris affecti testiculi retractione.

VI.

Hinc non difficile est colligere Νεφρίτιδος causas antecedentes, quæ præcatarticas alias similiter supponunt.

VII.

Procatarcticas intelligimus, tum quæ in sex rerum nõ naturalium censu numerantur, quando modum excedunt; præsertim alimenta crassi succi, difficilisq; concoctionis, ut sunt, caseus, lacticia, placentulæ, pisces crustati, cartilaginei, partes animalium cutaneæ & cartilagineæ, usus leguminum, fabarum, panis azymus non bene coctus, fumo induratae carnes, vina crassa, rubra, dulcia, cerevisia recens non defæcata, usus aromatum nimius &c.

VIII.

Tum etiam quæ materiali causæ calculorum, ut retineantur in renibus, auxilium præstant, cujusmodi sunt; Expultricis imbecillitas, vel attractricis & retentricis fortitudo.

IX.

Προηγεµένιας facimus triplices: Ποιητικήν, υλικήν καὶ οργανικήν.

X.

Ποιητική ἐστὶ θερμότης renum suo modo intensa. Nec enim Hermeticorum Spiritum salis microcosmicum insitum in renibus, agnoscimus pro causa efficiente.

XI. Υλικήν

XI.

Υλικὴν quamvis Hermetici Sal seu Tartarum in corpus humanum cum alimento ingestum. Recentiores nonnulli cum Matthiolo succum quendam lapidescentem; nonnulli verò Serum qua serum dicant.

XII.

Nos tamen Hippocratem & Galenum in hoc secuti, *παχὴν ἢ γλίχρον χυμὸν, ἢ ἀμφοτέρως*, hoc est, crassum aut viscosum humorem, aut utrumque simul, nunc puriorem, nunc aliis humoribus commixtum, causam calculi materialem asserimus.

XIII.

Ὁργανικὴ causa Renes sunt, siccâ præsertim constitutione conspicui; in quorum etiam substantiâ calculos generari, Gal. 6. Epidem. sect. 1. com. §. 6. testatur.

XIV.

Propter has porrò calculorum causas inter se differunt etiam calculi. Et nunc alii sunt magni, alii parvi, alii mediocres; nunc unus est, nunc plures; nunc alii fusci sunt, nunc ruffi, albi, flavi; nunc duri, vel friabiles, rotundi vel oblongi, alii asperi, alii lenes.

XV.

Cæterum ut præsens hæc affectio cognoscatur, signa ejus quoque perpendenda tum Diagnostica, tum Distinctiva, tum Prognostica.

XVI.

Diagnostica porrò; quod dolor in partibus urinæ dicitur profundus sit, & modò gravativus, modò pungens, seu fixus & acutus; Quod urina vel omninò suppressa sit, vel frequentius cum difficultate & dolore; eaq; aliquando crassa cum multo sedimento, quandoque tenuis & al-

A 3

ba;

ba; modò cum sanguine, calculis & arenulis mingatur & excernatur; Quod nausea & vomendi appetitus adsit; Quod stupor femoris subjecti reni affecto sequatur; Quod testiculorum secundum lumbos retractio fiat, ut habet Autor lib. de dig. & cur. ren. pass. Et si in renibus est calculus, flexio corporis difficilior fiat; si in ureteribus subsistat lapis, erectio.

XVII.

Distinguitur Nephritis à renum inflammatione quod huic febris synochus perpetuus comes sit; Nephritidi verò minime vel rarò.

XVIII.

A colico verò dolore, quod is repentè ut plurimum invadat, plures partes occupet, & vagus, modò supra, modò infra renes sentiatur, major item & evidentior circa anteriores partes inquietudo percipiatur, quàm in calculo, ubi dolores in posterioribus partibus, unde etiam ferè incipiunt, figantur magis. Præterea neq; in colicâ urina supprimatur, nec cruenta aut arenosa, mingatur; vomitus tamen vehementior, alvusq; magis astricta reperitur.

XIX.

Ex Prognosticis hæc adduxisse sufficiat.

XX.

Quod qui alvum habent lubricam, vomituq; sæpius purgantur, calculo non ita facillè sint obnoxii:

XXI.

Quod ii, quorum urinis bullæ innatant, in renum calculum prolabantur: Hipp. 7. aphor. c. 34.

XXII.

Quod pueris Nephritis non sit familiaris, magis autem mulieribus:

Quod

XXIII.

Quod in iis, quibus Nephritici dolores etiam circa spinæ musculos fiunt, abscessus metuendi sint; siquidem ad loca exteriora dolores vergant, extrinsecus; sin verò magis ad interiora, introrsum. Hipp. 7. aphorif. c. 36.

XXIV.

Quod urinâ in Nephritide manente subtili, sicq; aliquandiu perdurante, malum sit.

XXV.

Quod ab inveteratâ Nephritide non rarò renum ulcus oriatur.

XXVI.

Visis causis & signis Nephritidis, ad ejusdem amolitionem rectâ accedimus.

XXVII.

Hæc perficitur Diætâ, Chyrurgiâ & Pharmaciâ.

XXVIII.

In diætâ diligens observetur sex rerum non naturalium ratio. Aër sit *εὐκράτος*. Cibus *εὐχρυστος*. Somnus, vigiliæ, motus & quies mediocritatis limites non excedant. Ventrem insuper modo naturali fluidiorem, quàm strictiorem habere convenit, ut habetur c. 5. de dig. & cur. ren. pass.

XXIX.

Ex Chyrurgiâ prædest, si plethora adsit, venam quotannis incidisse brachii, pro ratione ætatis & consuetudinis tamen. Hæmorrhoides item prolicere ex usu est.

XXX.

Ex Phamacia vomitoria conducunt lenia in iis qui ad vomitum proclives sunt.

Pro-

XXXI.

Prodest etiam Clysteres adhibere, qui tamen non constabunt ex intensè calefacientibus, ne renum calore aucto, major fiat materiæ attractio, & dolores intensiores.

XXXII.

Medicamenta si quæ habuerint pro communi usu Nephritici familiaria, quibus excrementa primarum viarum per intestina ducantur, multùm confert iis menstruatim uti; cuiusmodi esse possunt: Mel rosatum sol. Pillulæ mastichinæ, de tribus cum sem. melon. de hiera cum agarico, aut pulvis alius *ἄκκοπρωτικός*.

XXXIII.

Rarius etiam adhibere licet in valentioribus Extractum Diacathol. Paracelsi, vel Panchymagogen Crollii.

XXXIV.

Corpore ita per vomitum vel pharmaca vacuato, mollientibus & detergentibus ac extenuantibus præparare humores oportet: Inter quæ etiam commendatur Syr. de althæa Fernellii.

XXXV.

Huic non absimile decoctum Nephriticum Domini Præsidis, quod in Officinis pharmaceuticis Genæ prostat: & ℞. Rad. Alth. ℥ij. asparagi, gentianæ an. ℥vij. asari, bardanæ an. ℥ij. Endiviæ ℥v. Fol. Malvæ, althææ, parietariæ, betonicæ, plantag. saxifragiæ, capill. per fumarici, petroselin. polytrichi, centinodiæ an. Mj. hordei ℥j. Sem. 4. frigid. mai. contus. an. ℥iij. Endiv. Scariolæ, Portulacæ, Plantag. ℥iij. Pastinacæ ℥j. Malvæ ℥ij. Liquirit. rasæ, Passul. an. ℥j. Caric. pingv. num. IX. Polypod. q. incisi ℥vi. Jujub. num. IX. Sebest. num. VII. Flor. Malvæ, viol. purp. borrag. an. Mf. Fruct. alkekengi ℥ij. Cic. rub. ℥vi. Incisa & contusa M.

Tum

XXXVI.

Tum iterum purgandum corpus est pillulis, inter quas mirificè profunt qui de Esula inscribuntur Benedicti. Veronensis.

XXXVII.

Demum ad ea perveniendum, quæ instructa sunt singulari *δωάμδ*, renes & ureteres ab infarctu liberandi, cujusmodi recensentur: Amygd. amaræ, Nucl. pers. Pulv. Ononid. virgæ aureæ, Cynosbatorum, sem. violar. Radix Pimpinellæ, Extract. Junip. Magisterium Tartari, Vitriolati, CrySTALLUS Tartari, Spir. Trebint. Salis, qui tamen cum judicio adhibeatur, non neglecta cujusvis corporis constitutione.

XXXVIII.

Et profecto ad præservandum, factis prius faciendis, non potest satis commendari usus Sacchari Benedicti Favent. Ex El. Justini ℥iij. Conserv. violar. ℥if. parati.

XXXIX.

In seviribus doloribus Clysteres parantur emollientes & anodynæ, quandoque cum, quandoque sine purgantibus ex solo vino, oleis, butyro recenti s. s. & vitello ovi.

XL.

Insuper revulsione ergò vena cubiti præsertim ejusdem lateris: Aut derivationis causâ poplitis vel malleoli secatur.

XLI.

Et usu compertum est, plurimum profuisse exhibitionem Terebinthinæ Cyriæ cum benedicta laxativâ per os.

XLII.

Fiunt etiam Fodus, unguenta, cataplasmata, sacculi ex anodynis, quorum omnium *ἀγαθὰ γυμνάσια* passim apud Autores reperiuntur.

XLIII.

Quibus nihil proficientibus ad narcotica pervenimus,

B

mus,

mus, cujusmodi est Laudanum Opiatum Paracelsi, It:
Theriaca recens.

XLIV.

Quod si in ureteribus moretur calculus, doloresq; generet, post inunctionem ex ol. emollientibus Emplastro ex capis exactè coctis promovendus est: quod item alii cucurbitulis subinde mutatis efficere, & eundem ad vesicam prolicere nituntur.

XLV.

Inter propellentia & comminuentia calculum Magisterium oculorum Cancri, Crystalli, Extr. Ononydis, granor. alkekengi. Officula myrtillorum, sanguis hircinus, vitrum combustum, asellorum vel millepedum pulvis Horatii Augenii de scalâ commendatur.

XVI.

Quibus omnibus tamen cautè utendum, & placet magis Foresti emulsio, & Joannis Montani brodium: quod ubiq; in consiliis & observationibus ipsius videre est. Et hæc, vela contrahentes, de Nephritide dicta sufficiant.



Corollarii loco quaritur:

Utrum in febre acutâ cum sudore symptomatiko & singultu, Confectio alchermes tutò intra corpus exhiberi possit? Neg.

Al. d.

*U. in Corpore thetherico cum Carochy
Condurat miam o nite q' par tam Ad
re, h' cum impetu derivare ad fani*

*non habita nre expulmris furi lta
tis, vaso pneumatica Caspa h' o'dim
diap...*

Ad Clarissimum Virum

Dn. JOHANNEM FACOBUM

LONERVUM, pro Laurea Apollinari masculè disceptantem, Amicum meum ex amussi.

IN Medicum prodis, Luctator masculè, circum
Nervea robustæ miscens certamina dextræ.
Et cur non magna est in Pindi vertice dudum
Jam LAURUS decreta tibi, meritissima MERCES
Tam preciosi hujus sudoris, quo tibi per tot
Illa faces Hyperionias Dea STRENUA pectus
Percoxit, Manibus cape tensis menteq; avara
Æternæ Famæ, hē MERCES, dignissima MERCES!
At LAUDIS dignus tu MERCENARIUS audi!
Vel, verum ut dicam, dignissim^o esto BRABEUTES.

Joh. ab Hæckelshoven Junior

Breslâ - Silesius.





Pla 4307.8. 4

ULB Halle

3

002 370 387



TA-OL

(Titel 16 u'


17 muß

durch Handschriften

abt. erfasst werden

17. 10. 99 J. 181e)

VD17





Medica sed brevis VII.

IN CAUSAS, SIGNA
AMOTIONEMQUE NE-
PHRITIDOS
ΕΕΤΑΣΙΣ.

Quam
Favente
DIVINO NUMINE,
Consensu & Auctoritate
Incluti Ordinis Asclepiadei in Illustri
SALANA
SUB PRÆSIDIO
Viri Nobilissimi atq; Excellentissimi
Dn. JOHANNIS FRIDERICI
SCHRÖTERI, J. V. ut & *Medica Artis Do-*
ctoris legitime promoti,
Pro consequendâ summâ Artis Apollineæ infulâ
Publicè propositam
Addiem 7. Januarij horis locoq; consuetis
Pro virilituebitur
JOHANNES JACOBUS LONERUS
Cizensis Misnicus.

✽ ○ ✽

JENÆ Typis HENRICI Rauchmaule/
ANNO 1615.